

M. K. 22²
(f. 43 r.)

LIBRI QVINTI
POLITICORUM
ARISTOTELIS
Cum Paraphraſi Heinsiana
EMENDATIUS EDITORUM
DISPUTATIO,
Quam,
PRÆSIDE
M. SEVERO CHRISTOPHO-
RO OLPIO,


Poëſeos Ordinario & Moralium Extraordinario
Professore Publico,

publicè ventilandam proponit
d. Maji

JOHANNES SEBASTIANUS Rhön/
Isnaco-Thuringus.

JENÆ,
Typis Johannis Jacobi Bauhöfferi,
ANNO M. DC. LXI.







COROLLARIA MISCELLA.

- I. **Q**ui cogitur secundum rectæ rationis præscri-
ptum vivere, non cogitur propriè, ex eo ta-
men non sequitur, eum fieri hoc respectu servum,
vel felicitatem suam amittere, quamvis aliquid li-
bertatis ei detrahatur.
- II. Nimia libertas æquè nocumento est Reipublicæ,
atque extrema servitus.
- III. Maxima libertas est, & felicitatis in Republica pro-
pria cura secundum leges vivere ; Ut enim cor-
pora nostra sine mente ; sic Respublika sine lege suis
partibus, ut nervis ac sanguine & membris uti non
potest.
- IV. In qua Republica nulla est invidia, nullæ insi-
diæ, nulla alieni cupiditas, illa diu potest esse incō-
lumis. Diuturnius enim tūm est melius, si cætera pa-
ria sint. Sed quis mihi talem suppeditare poterit,
si vel maximè omnium rerum memorias evolvat ?
- V. Laudem non mediocrem meretur, qui Rempubli-
cam salutariter constituit, at majorem qui talem
condit, quæ ætatem ferre possit, quemadmodum
in hoc Lycurgi prudentia commendatur : ex hoc o-
lim Respublica Romana, hodiè Veneta ob diutur-
nitatem imperii magni æstimatur.
- VI. Illa Respublica optimè administrabitur, quæ ex
mediorum civium multitudine constat, minoribus
etiam periculis est obnoxia.

VII. Ut Respublica stabilis, firma & tranquilla sit, pro ratione ejus, partim æquale numero, quod Arithmeticum vocamus; partim æquale dignitate, quod Geometricum dicitur, adhibendum est, & ita, quod cuique debetur, tribuendum.

IX. Advenæ aut peregrini in civitatem recepti ad seditiones magis proclives præsumuntur, quam domestici.

X. Mixtum imperium Boxhornius in Instit. Polit. lib. II. cap. I. repudiat, sed sine fundamento.

X. Continuatio imperii ex una familia cum sit valdè periculosa, ideò Veneti hanc maximè vitant, unde post mille & trecentos annos vix duos aut tres ex eâdem familia Duces hanc Rempublicam habuisse legimus,

XI. Num Regum Bohemiæ successio rectè fuerit expressa hisce duabus invocibus barbaris J C U S ALGULFMA, quas cœcus quidam natione Sarmata sive Scytha, vaticiniis clarus, in chartam conjecit, ut Joh. Crato à Crafttheim ex annalibus urbis Pragensis refert, valdè dubitatur.

XII. Peregrini ad Magistratus officium non sunt admittendi, deest enim illis peritia gubernandi, ignorant mores & ingenia populi, vel si nōrunt tolerare non valent; Nec verus in Rempublicam ejusque salutem amor de illis promitti potest.

F I N I S,

01 A 6574


ULB Halle

003 090 566

3



R VD 17



Farbkarte #13



LIBRI QVINTI
POLITICORUM
ARISTOTELIS
Cum Paraphrasī Heinsiana
EMENDATIUS EDITORUM
DISPUTATIO,
Quam,
PRÆSIDE
M. SEVERO CHRISTOPHO-
RO OLPIO,
Poëseos Ordinario & Moralium Extraordinario
Professore Publico,
publicè ventilandam proponit
d. Maji
JOHANNES SEBASTIANUS Rhön/
Isnaco-Thuringus.

JENÆ,
Typis Johannis Jacobi Bauhöfferi,
ANNO M. DC. LXI.